THEOLOGISCHE SAMMELHANDSCHRIFT
Entstehungsort unbestimmt, 14. Jh.
Seite 128v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35467
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



D

suadente sorore innoxiam
feminam usque ad mortem
uerbasset / ad cumulum
sue dampnationis adiecit.
ut eam morte multaret.
Resupinatam igitur inter
duo fulcra desuper eam
ualide compresserunt / et
ita uiolenter nece suffo
caverunt. Quo facto mise
runt laqueum in collum
eius: et suspenderunt
eam ad trabem in angu
lo domus eius. Petra
to itaque piaculo: cepit
impius ille multator
simulare luctum / plant
tuque funebri finitimos
omnes inuitare ad lamen
tum dicens. Heu heu
uenite et condolete michi
amici et proximi. Venite
inquam et uidete quomodo
infelix et fatua uxor mea
me absente me ignoran
te se perdidit / quomodo sua
dente dyabolo se ipsam la
queo strangulauit. Cum
ergo huiusmodi lamentis
credulitate populo falsarius
nequam persuasisset / tunc
eicientes funus cum de
decore magno traxerunt

procul quasi mortuum ca
nem usque ad horam maris /
ibique modice illud operien
tes / cum duobus latruncu
lis nouit in eodem loco su
spensis et sepultis. Sic
ergo pereunte iusticia: in
nocens femina periit / et
cum impiis reputata est /
sed quia paciencia paupe
rum non peribit in finem.
Placuit innocencie a
matori suscitare de pul
uere inopem / et de stercore
erigere pauperem. Cumque
superiectam mortuis harenam
marini fluctus reiecissent.
apparuerunt corpora nuda.
Expleto autem biennio /
cum quidam cecus iuxta pre
dictum locum errando inte
deret. contigit ut manus
et faciem loturus ad ip
sam palidam diuerteret. Quo
facto uisum recepit / et ue
hementer obstupefactus
dixit. Xpi fili dei / quid
est quod accidit michi.
Ecce uideo mare et ha
renam / unde lux ista ceco /
unde gaudium misero.
Unde salubritas desperato.
Putas ne in somnis